Singolare figura tra di letterato e di uomo politico Antonio da Legnago meritava d'esser conosciuto; meritava che la sua persona fosse cavata dall'ombra medioevale, in cui era avvolta; meritava che d'attorno a lui fossero diradate le tenebre che ne celavano i lineamenti netti e precisi. I suoi vecchi erano villani; suo padre fu capitano Scaligero; egli salì, ancor giovane, al seggio, come oggi si direbbe, di primo ministro. Dalla gleba questo figlio di contadini giunse a varcare le soglie della Corte, e a collocarsi, consigliere supremo, a fianco del suo Principe. Il seme gettato dalle libertà comunali, che aveano innalzato gli umili, continuava a dare i suoi frutti sotto una Signoria, che quantunque tralignata, non poteva dimenticare la sua origine popolare.

Uomo politico imbevuto di umanesimo Antonio da Legnago, fatto potente, diventa l'amico e il soccorritore dei poeti, degli umanisti; e Francesco Vannozzo, desideroso di por fine alla vita giullaresca, a lui si rivolge e si raccomanda; e Anastagio di Ravenna, stanco delle aridità grammaticali, sospira a Verona, come ad un asilo di tranquillità studiosa. Uomo politico imbevuto di umanesimo, Antonio da Legnago si commove dinanzi al sepolcro del divino poeta e invidia Ravenna che ne possiede le ceneri; si commove dinanzi alle rovine dell'antica Roma e piange sulle tristi condizioni del suo tempo che i tesori del glorioso passato dileggia o non cura. Uomo politico imbevuto di umanesimo, sente il fascino emanante dall'idea, diremo meglio, dell'utopia imperiale

---

(1) *Poesie minori* ecc., p. 151.

dantesca; e a Re Venceslao, all' erede del sacro romano impero parla in un latino elegante ed eloquente un linguaggio rispettoso ma pieno di vigore e d'ardimento per ricordargli, come già il suo grande ispiratore e maestro, l' indomita e selvaggia Italia, fatta dal continuo strazio e dal lungo abbandono miseranda.

Vero è che le mie ricerche e i documenti che presento, mettono più in luce lo studioso e l'amico e il mecenate degli studiosi: l' uomo pubblico rimane ancora nell' ombra. Quale influenza il nostro Legnaghese esercitò sull'animo dei suoi pupilli? su quello debole di Bartolomeo? su quello feroce di Antonio? E d'altronde, quale predominio efficace potea recare? La potenza Scaligera era già tramontata da un pezzo; dovuta alle doti personali del primo Cangrande, avea, subitamente, dopo la morte di lui iniziata la sua parabola discendente. I migliori erano forzati a porsi in disparte: dopo il fratricidio, Guglielmo Bevilacqua, altro dei membri del Consiglio supremo, che aveva osato parlar alto ad Antonio della Scala, era stato costretto a prender la via dell'esiglio. E Antonio da Legnago dopo poco tempo veniva per un futile motivo (secondo un cronista del tempo) assassinato. Meno previdente del Bevilacqua, più affezionato forse al nome Scaligero, per mezzo del quale aveva potuto render illustri i suoi umili natali, egli volle restare al fianco del suo Signore e mantenere fede fino all'ultimo alle estreme promesse fatte a Cansignorio. Ma le sorti eran decise: decisa la sua morte, decisa la caduta del Principe che con la sua debolezza con la sua volgare ferocia aveva reso lo Stato incapace di resistere al più piccolo urto, aveva al nome Scaligero, che in altri tempi risonò festosamente e vittoriosamente per le vie della Città turrita, aveva reso avverso o indifferente almeno il popolo veronese.

8 febbraio 1903.

DOCUMENTI

I.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi amen. Die lune sexto decimo mensis Iulii. Verone in palatio habitationis infrascripti magnifici et potentis domini domini Cansignorii de la Scala posito in guaita Sancte Marie Antique in camera cubiculari ipsius domini que est supra plateam, presentibus nobilibus viris domino Açone condam nobilis militis Fregnani de Sesso de guaita Sancti Salvarii Verone, domino Guillielmo condam nobilis militis domini Francisci Bivilaque de guaita Sancte Marie ad fractam Verone militibus, Iachelino condam nobilis viri Iohannis de Lindo de guaita Sancti Petri in Carnario Verone et Francisco condam nobilis viri Iacobi de Becutio de guaita Sancte Heufemie Verone atque sapienti viro domino Piosello domini Pauli de Seratico de guaita Sancti Firmi cum Sancto Andrea Verone testibus et aliis.

Magnificus et potens dominus dominus Cansignorius natus recolende memorie magnifici et potentis domini domini Mastini de la Scala pro sacro Imperio Romanorum civitatum Verone, Vincentie etc, vicarius generalis faciens pro se et suo nomine ac nomine et vice communis et hominum dicte civitatis Verone et pro ipso commune et hominibus, et omni iure, modo et forma, quibus melius potuit et potest, fecit constituit et ordinavit, ac facit, constituit et ordinat sapientem virum dominum Anthonium iurisperitum condam domini Dominici de Agrapatis de Padua, absentem tanquam presentem, suum verum, certum, legittimum et indubitatum nuncium, actorem et procuratorem et quicquid melius dici et esse potest, specialiter ad comparendum coram excelso et magnifico domino domino Andrea Contareno Dei gratia inclito duce Veneciarum etc. et aliis etiam quibuscumque consiliariis et personis ca officialibus dicte civitatis Veneciarum, cum quibus infrascripta vel aliquid infrascriptorum melius fieri possint, expediant et valeant, et ad examinanda, videnda, reformanda, renovanda, redintegranda, refirmanda pacta et conventiones, que antiquitus viguerunt et facta fuerunt per excelsos el illustres dominos dominos duces Veneciarum, qui pro temporibus fuerunt, et alias personas facientes pro communi et hominibus civitatis Veneciarum ex una parte, et commune et homines, seu alias personas facientes pro communi et hominibus civitatis Verone ex parte altera, secundum modos et observationes hinc inde observatos et habitas ante renuntiationem factam de dictis pactis per sindicum et procuratorem communis Verone de millesimo trecentesimo sexagesimo septimo; et ad declaranda ipsa pacta et conventiones

et quodlibet ipsorum pactorum et conventionum, augenda etiam diminuenda, suplenda et corrigenda, ubi et in quo dicto procuratori videbuntur fore augenda, minuenda, corrigenda, suplenda et detrahenda; et ad ipsa pacta et conventiones aucta, diminuta, correcta, detracta et supleta seu declarata confirmanda, redintegranda seu renovanda, ac etiam alia pacta et conventiones faciendum, contrahendum et innovandum cum antedicto excelso et illustri domino domino duce Veneciarum ac etiam cum aliis agentibus et facientibus pro ipso communi et hominibus dicte civitatis Veneciarum, nec non ad respondendum omnibus et singulis his que contra petita per dictum procuratorem obicerentur seu dicerentur, seu his etiam que peterentur seu requirerentur occaxione et pretextu dictorum pactorum pro parte ipsius domini domini ducis et communis Veneciarum; et ad componendum, transigendum, paciscendum et remissionem faciendum super petitis hinc inde, seu ab altera parte tantum occaxione predicta, omni modo, iure et forma, quibus dicto procuratori videbitur melius fiendum esse et fore; et ad protestandum et denunciandum et protestationes et denunciationes quaslibet faciendum prout ipsi procuratori videbitur faciendum; ac etiam quod possit dictus procurator ius et iura dicti domini Cansignorii et communis et hominum dicte civitatis Verone petere, requirere, consequi et habere ab ipso domino duce Veneciarum et ab aliis quibuscunque personis facientibus et agentibus pro ipso communi et hominibus dicte civitatis Veneciarum; et generaliter ad omnia et singula que in predictis et circha predicta et quodlibet predictorum dicto procuratori videbuntur utilia seu necessaria, et in connexis etiam et dependentibus ab eisdem et quolibet eorum; dans et concedens dictus dominus Cansignorius pro se et dictis communi et hominibus dicte civitatis Verone dicto suo procuratori in predictis et circha predicta et quodlibet predictorum et in connexis et dependentibus ab eisdem et quolibet eorum plenum, liberum et generale mandatum et speciale, etiam si talia sint que speciale exigant mandatum cum plena, libera, generali et speciali etiam administratione, et etiam quod in predictis et circha predicta et quodlibet predictorum et in connexis et dependentibus ab eisdem et quolibet eorum possit et valeat ipse procurator ea omnia et singula dicere, facere, agere, obligare et promittere, que dictus dominus Cansignorius pro se et nomine predicto dicere, facere, agere, promittere et obligare posset si presens foret, et volens dictus dominus Cansignorius pro se et nomine quo supra dictum suum procuratorem ab omni onere satisdationis relevare, ipse dominus Cansignorius pro se et nomine dicti communis et hominum Verone promisit per solemnem stipulacionem mihi notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice dicti excelsi et illustris domini domini ducis et dicti communis et hominum Veneciarum, et etiam omnium aliorum quorum interest, vel interesse posset, de rato habendo, tenendo, observando, faciendo et adimplendo omnia et singula que dictus eius procurator in predictis et circha predicta et quodlibet predictorum et in connexis et dependentibus ab eisdem dixerit, egerit, fecerit, convenerit et pactus fuerit, et ea omnia et singula perpetuo et inviolabiliter firma, rata, grata habere et tenere, attendere, facere et ob-

servare et adimplere in omnibus et per omnia sub obligatione dicti domini Cansignorii et dicti communis et hominum Verone, et ypotecha etiam bonorum suorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono Indicione septima.

Ego Anthonius filius domini Iohannis dicti Gaij de Leniaco, publicus imperiali auctoritate notarius, et prefati magnifici domini domini Cansignorij de la Scala scriba predictis omnibus interfui, et de eius mandato scripsi.

(Antichi Archivi Veronesi, Bevilacqua - Scaligeri)

II.

Confirmacio pactorum inter Serenissimum Dominum Ducem et comune Venetie ex una parte et Magnificum Dominum Canensignorium de la Scala et comune Verone ex altera.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo nono Indictione septima, die Iovis vigesimo sexto mensis Iulii. Ad honorem et laudem omnipotentis Dei, beate Marie eius matris Virginis gloriose et omnium Sanctorum, nec non ad honorem et bonum statum parcium infrascriptarum.

Cum olim ab antiquo vigente dilectione et amicitia sincera inter illustres Dominos Duces qui fuerunt per tempora et comune et homines Venecie ex una parte, et magnificos et potentes Dominos de la Scala qui fuerunt per tempora ac comune et homines Verone ex parte altera, viguerint etiam certa pacta et observancie hinc inde que signum et causam stantis et perseverantis dilectionis et amicitie evidenter prestabant, et in M.° CCC.° LX.° VII.° comune et homines Verone moti certis de causis et utentes in hoc licentia partibus ipsis concessa ex forma pactorum suprascriptorum renunciaverint per suum sindicum pactis et observanciis predictis; et quia postea partibus ipsis pro mutua dilectione et amicitia apparuit ad ipsa pacta et observancias redire; ideirco nobiles et sapientes viri domini Petrus Steno, Nicolaus Iustiniano et Franciscus Bragadino honorabiles provisores dicti comunis Venetie ac sindici et sindicario nomine illustris ac excelsi domini domini Ducis Andree Contareno Dei gratia incliti Ducis Venecie etc. nec non comunis et hominum Venecie ac fatientes pro ipso domino duce, comuni et hominibus Venetie, de quorum sindicatu et mandato constat pubblico instrumento rogato et scripto manu Bartholomei de Gallarate publici notarii et scribe ducalis dominationis sub MCCCLXVIIII.° Indictione septima, die XXI mensis Iulii a me notario infrascripto viso et lecto ex parte una; et sapiens vir dominus Antonius de Agrapatis de Padua iurisperitus procurator et procuratorio nomine magnifici et potentis domini domini Cansignorii de la Scala civitatis Verone et Vincencie pro sacro romano im-

perio Vicarii generalis, de quo procuratorio et mandato constat publico instrumento rogato et scripto per me Anthonium notarium infrascriptum ac scribam dicti magnifici domini Canisignorii sub millesimo et indictione suprascriptis die XVI mensis Iulii antedicti, nec non sapiens vir dominus Augustinus de Iolfinis de Verona iurisperitus sindicus et sindicario nomine domini potestatis, comunis et hominum Verone, de quo sindicatu et mandato constat publico instrumento scripto et rogato manu Iohannis condam domini Azonis de Sancto Iohanne de foris Verone publici notarii die, millesimo et indictione suprascriptis a me notario infrascripto viso et lecto, facientes pro dictis magnifico domino ac comuni et hominibus Verone ac vice et nomine eorum ex parte altera, intendentes et tractantes inter se dictis nominibus ea que concordie et benivolentie sint ut firmiter solita dilectio et amicitia inter dictas partes perseverantiam habeant in futurum Dei gratia mediante pro honore et bono partium ipsarum, omnibus modo, iure, forma et causa quibus melius potuerunt, ex certa animi scientia inter se deliberaverunt, composuerunt et firmaverunt expresso consensu nominibus antedictis quod de cetero firmiter et inconcusse vigeant et serventur et vigere et servari debeant per dictum dominum ducem, comune et homines Venecie dicto domino Cansignorio ac comuni et hominibus Verone et e converso per ipsum dominum Cansignorium, comune et homines Verone prefato domino duci, comuni et hominibus Venecie illa pacta, consuetudines et observancie que ab antiquo fuerunt inter dicta comunia et homines et que habuerunt inter se et que hinc inde servata fuerunt usque ad tempus renuntiationis predicte cum omnibus modis, formis et conditionibus ac potestate et licencia cum quibus antea viguerunt ac facta et servata fuerunt hinc inde inter dictas partes, reintegrantes, reformantes et restituentes ad pristinum esse omnia pacta, consuetudines et observancias de quibus dictum est; ita quod de cetero ipse partes ea attendere et adimplere et integraliter observare debeant inter se sicut prius facere consueverant et debeant, sub eisdem modis, formis, condicionibus, penis et clausulis, qui et que continentur in istrumentis dictorum pactorum.

Pro quibus sic attendendis, adimplendis et observandis prefati domini Petrus, Nicolaus et Franciscus sindici nomine dicti domini ducis, comunis et hominis (sic) Venecie, solemni stipulacione interveniente, obligaverunt dictum dominum ducem, comune et homines Venecie ac bona dicti comunis antedictis facientibus et recipientibus pro ipsis domino Cansignorio, comuni et hominibus Verone ac procuratorio et sindicario nomine eorum. Et similiter e converso supradicti dominus Antonius procurator et procuratorio nomine ipsius domini Cansignorii ac dominus Augustinus sindicus et sindicario nomine comunis et hominum Verone obligaverunt dictum dominum Cansignorium, comune et homines Verone ac bona dicti comunis antedictis facientibus et recipientibus pro dicto domino duce, comuni et hominibus Venecie et eorum nomine.

Acta fuerunt hec Venetie in camera predictorum dominorum provisorum sita in Rivoalto, presentibus dominis Maffeo de Raynerio condam domini Iacobi contracte Sancti Pauli de Venecia, Novello de Allano condam magistri Conradini contrate sancte Moysis de Venetia, Marino Tre-

visano condam domini Petri contrate Sancti Appollinarii de Venetia officiale et scriba dictorum dominorum provisorum, Nicoleto Marcello condam domini Andreoli contrate Sancti Appolinaris de Venecia, Georgio de Bonguadagnis filio domini.... contracte Sancti Proculi de Venetia notario dictorum dominorum premissorum ac Benzevene de Jlaxio districtus Verone condam domini Iohannis habitatori Venecie in contracta Sancti Severii, omnibus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. De predictis autem predictus Bartholomeus de Galarate filius condam domini Iacobi publicus imperiali auctoritate notarius et ducatus Venetie scriba, et ego Anthonius infrascriptus publicus imperiali auctoritate notarius et prefati magnifici domini Cansignorii scriba, rogati fuimus facere publicum istrumentum eius consonantie et tenoris.

Ego Anthonius filius domini Iohannis dicti Gaij de Leniaco publicus imperiali auctoritate notarius et prefati magnifici Cansignorii de la Scala scriba hiis omnibus presens fui et rogatus scripsi.

(Arch. di Stato di Venezia. PACTA, III, 1289-1379. p. 248-248t).

III.

† In Christi nomine die lune tercio octobris, in palacio communis Verone ad carceres Camarote, Inferni, Ciconie, Massarie et Malpage communis Verone, presentibus Donato notario condam domini Zaneboni de Sancto Toma et magistro Petro artis grammatice qui fuit de Cividalo condam domini de Sancto Matheo cum cortinis Verone testibus et aliis.

Ibique magister Uliverius et magister Aymericus fratres et filii condam domini Gerardi de Villafrancha tanquam fideicommissarii condam sapientis viri magistri Raynaldi condam domini Uliverii de Cavalcanis de Villafrancha artis grammatice de S. Matheo cum cortinis Verone, sicut de dicta fideicommissaria constat publico instrumento scripto sub signo et nomine Nicolai condam domini Iacobi de S. Matheo cum cortinis die martis xx° septembris M° III^{c} LXII° Indictione xv^{a} volentes exequi testamentum et ultimam voluntatem dicti magistri Raynaldi dederunt pro anima dicti magistri Raynaldi omnibus carceratis qui reperti fuerunt in suprascriptis carceribus communis Verone vigintiunam libram XVII soldos denariorum veronensium parvorum, dando cuilibet carcerato x. soldos pro quolibet excepto ultimo cui datum fuit septem sold. parvorum solummodo pro anima prefati magistri Raynaldi et in remissione suorum peccatorum.

Anno domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo secundo Indictione xv.^{a}

Ego Alticlerius notarius condam domini Belavi de Alticleriis de Pontepetre Verone hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

† In Christi nomine die lune tercio octobris, Verone in guaita Sancti Firmi maioris in sacrastia fratrum minorum, presentibus Torello condam Bartholamei a Buletis et magistro Bonifacio scriptore condam domini Bonifacii ambobus de guaita Sancti Firmi maioris testibus rogatis et ad hec specialiter convocatis.

Ibique magister Uliverius et magister Aymericus fratres et filii condam domini Gerardi de Villafrancha tanquam fideicommissarii condam sapientis viri magistri Raynaldi condam domini Uliverii de Cavalcanis de Villafrancha artis grammatice de Sancto Matheo cum cortinis Verone, ut de dicta fideicommissaria constat publico instrumento scripto sub signo et nomine Nicolai condam domini Iacobi de Sancto Matheo cum cortinis die martis xx° septembris M° IIIc LXII Indictione xva volentes exequi testamentum et ultimam voluntatem dicti magistri Raynaldi dederunt pro anima dicti magistri Raynaldi fratri Bonaventure de Illasio sacriste ordinis fratrum minorum de Verona centum soldos denariorum veronensium parvorum pro missis candandis (sic) et celebrandis pro anima dicti magistri Raynaldi, quos denarios dictus frater Bonaventura pro se et conventu dictorum fratrum minorum contentus et confessus fuit et stetit habuisse et recepisse a predictis occaxione predicta.

Item die predicto in sacrastia fratrum servorum Sancte Marie de Lascala, presentibus Bastardo viatore condam Iacobi de Sancto Petro in carnario et Gasparo scarteçatore condam Iacobi de Sancto Iohanne in Valle testibus et alii.

Ibique frater Franciscus de Caudalonga sacrista ordinis prelibati confessus et manifestus fuit se habuisse et recepisse pro se et conventu predicto a magistro Uliverio et magistro Aymerico suprascriptis fideicommissario nomine predicto centum soldos denariorum veronensium parvorum, quos denarios predicti fideicommissarii exequentes ultimam voluntatem et testamentum dicti magistri Raynaldi suprascripti dederunt et solverunt dicto fratri Francisco recipienti pro se et dicto monasterio et conventu pro missis cantandis et celebrandis pro anima dicti magistri Raynaldi.

Item die predicto in guaita Sancte Heufemie in sacrastia fratrum heremitarum presentibus Petro laboratore terre condam Orlandini de Omnibus Sanctis, Tura condam Montebelli de Avesa et Nicolao aurifice qui Coiente dicitur condam domini Bartholomei de mercatonovo testibus et aliis.

Ibique frater Nicola sacrista ordinis prenotati recipiens pro se et conventu ordinis predicti confessus et manifestus fuit se habuisse et recepisse a predictis magistro Uliverio et magistro Aymerico fratribus suprascriptis fideicommissario nomine suprascripto viginti libras denariorum veronensium parvorum quos denarios prenominati fideicommissarii exequentes testamentum dicti magistri Raynaldi suprascripti dederunt et solverunt dicto fratri Nicole recipienti pro se et dicto monasterio et conventu dictorum fratrum pro anima dicti magistri Raynaldi pro missis et orationibus dicendis et celebrandis in remissione pecatorum dicti magistri Raynaldi.

Item die iovis sexto octobris, Verone in claustro fratrum predicatorum apud putheum dicti monasterii, presentibus fratre Raynaldo de Padua et fratre Gerardo de Mantua dicti ordinis testibus rogatis ad hec.

Ibique frater Marchus de Verona ordinis prenotati tanquam sacrista predicti ordinis confessus et manifestus fuit se habuisse et recepisse a predictis magistro Uliverio et magistro Aymerico fratribus et fideicom-

missario nomine antedicto quinque libras denariorum veronensium parvorum pro anima dicti magistri Raynaldi, quos denarios dicti fideicommissarii exequentes testamentum et ultimam voluntatem dicti magistri Raynaldi dederunt et solverunt dicto fratri Marcho recipienti pro se et conventu dicti monasterii pro missis et orationibus dicendis et celebrandis pro anima et in remissione peccatorum dicti magistri Raynaldi.

Ego Alticlerius condam domini Belavi notarii de Alticleriis de Pontepetre Verone Imperiali auctoritate notarii hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

(Ant. Arch. Veronesi. Esposti rot. 2959).

IV.

† In Christi nomine, die Sabati octavo octubris Verone in statione Ognabeni de Veritate super foro. presentibus Ognabeno filio domini Zenonis de Veritate, Iacobo sartore condam ser Bartholomei de Sancto Benedito, Bartholomeo condam Tomaxii de Civitate Belluni testibus rogatis.

Ibique Magister Iacobus condam Nicholay de Merchato novo tanquam scolaris studens Padue egenus confessus et manifestus fuit se habuisse et recepisse nomine caritatis et elimosine tres ducatos auri boni et iusti ponderis a Magistro Oliverio condam domini Gerardi de Villa franca faciente pro se et Magistro Alimericho fratre suo tanquam fidecommissariis Magistri Raynaldi condam domini Oliverii de Vilafrancha artis grammatice sicut de dicta fidecommissaria constat publico instrumento scripto sub signo et nomine Nicolay notarii condam domini Iacobi de Sancto Matheo cum cortinis die martis vigesimo Setembris de millesimo infrascripto et hoc fecit dictus Magister Oliverius nomine predicto amore Dey et pro anima dicti Magistri Raynaldi volens exequi suum testamentum et ultimam voluntatem.

Item die, loco et testibus suprascriptis, Magister Petrus condam Tomaxii de Civitate Belluni tanquam persona egena fuit confessus se habuisse et recepisse nomine caritatis et elimosine a supradicto Magistro Oliverio nomine supradicto pro anima dicti Magistri Raynaldi unum ducatum boni auri et iusti ponderis volens exequi testamentum et ultimam voluntatem dicti Magistri Raynaldi de Villafranca.

Anno domini M° $\overset{c}{\text{III}}$ Lxij° indictione quintadecima.

Et ego Albricus notarius filius ser Guillielmi de Marcirixio hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

(Antichi Archivi Veronesi, Esposti, rot. 2960)

(Finito di stampare il giorno 6 maggio 1903)